

Porro quod ea metis sit Legumlatorum,
 quod nimis ad transferendum dominium va-
 cuæ possessionis traditione opus fit, inde etiam
 apparet, quod modi omnes impropriæ sive fictæ
 traditionis ita sint comparati, ut vacuam & justam
 possessionem in recipientem transferat, cuius
 exemplum est constitutum, si enim dominus, qui
 alicui vult traditam rem suam possidens consti-
 tuat se alterius nomine possidere, eo ipso consti-
 tuto vacuam possessionem, quam animo relin-
 quit in accipientem transfert. L. 18. *ff. de acq. poss.*
 Neque obstat, L. 16. *de fund. dotal.* in quo re-
 sponso videtur mulier proponi, quæ fundum,
 quem Titius possidebat, & prope jam usucepe-
 rat, marito in dotem dedit, eo affectu, ut fundus
 dotalis fieret, atque ex eo tempore ad prohi-
 bitionem legis Juliæ pertinere inciperet, mari-
 toque acquireretur vendicatio: quæ omnia ar-
 guant, dominium istius fundi marito quæsitus
 fuisse, per L. 23. *de R. V. juncta.* L. 13. §. 2. *de fund.*
dotal. Cui tamen possessio acquiri non potuit,
 cum aliis fundum possideret. Unde porro ef-
 fici arbitrantur dissentientes, fundi istius domi-
 nium simplici traditione ac nudo brutoque cor-
 poris